

De secunda obsidione Cunii.^a

CAP. XXIV.

Anno a nativitate Domini MCXXV^b, Faventini cum Bononiensibus et marchione Corrado^c iterum obsederant Cunium; quo quidem fere capto, supervenire Ravennates cum Amolensibus et aliis multis. Faventini vero cum illis, castro dimisso, maximum commiserunt praedium^d, in quo utrinque facta est strages virorum atque equorum non modica; et sic tempore illo castrum remansit.

De proelio apud Durbecum commisso (49).

CAP. XXV.

Anno a Virginis partu MCXXVI^e, cum Ravennates Faventinorum gloriam nequirent extinguere, sub alieno nomine statuerunt eorum votum publice ad effectum perducere^f. Ducentes itaque secum Ferrarienses, Livijenses, Calesenes, Ariminenses et alios multos populos, in comitatum Faventinum^[f] intraverunt, et omnia usque Durbecum^[g], ubi castrametati sunt, devastarunt hostiliter. Cives autem cum paucis eorum amicis, signo Sanctae Crucis intus et foris signati, sequenti die ad locum venerunt^[h] predictum; et, tanquam novi sub tempore gratiae Machabaei^[i], hostes invadunt viriliter. Ravennates nempe cum suis bello ab hora tercia usque in nonam, peracto fortissimo, tandem vertuntur in fugam. Qui erant extenuati, perierunt in ore gladii^[j]. Ex aliis multi plagiis^[k], festu et siti sunt rapti de medio; plures quam fuerint in vinculis mancipati; campus et castra^[l] remanserunt civibus, multis divitiarum et armorum repleta generibus.

De proelio in Granarolo facto.

CAP. XXVI.

Anno post Virginis partum MCXXVII^m, milites quidam de Cunio, insultum facientes usque in locum qui dicitur Ganga^[n], viros et mulieres vulneraverunt; alias occi-

[a] Anno a Virginis partu MCXXVI. Sic Codd. M. et V. In C. A., additur die quarta ianuarii. —

[b] ad effectum perducere, C. V. et Cl. Mitt. In C. M., *perduct*; et in C. A., *plum*. — [c] in comitatum Faventinum. C. M. habere videtur in comitatu Faventino. — [d] ad locum venerunt. Sic lego. — [e] sub tempore gratiae Machabaei. Sic Cl. Mitt. legit. C. V. habet, sub tempore guerrae Machabaei. Vide cap. I. — A. — [g] Ex aliis multi plagiis, C. V. In C. M., *plagiis*, pro *plagis*. — [h] campus et castra. In C. M., *campus et castra*.

[A] Hic marchio Corradus videtur dux Tusciae, de quo Cl. Mitt. in *Annal. Camald.* T. III. p. 181.

[B] Locus sic dictus, secundo ab urbe lapide, prope vineas Faventiae. Vide similem narrationem ex Chronic. Moratiniano excerptam, relatamque in *Annaladv.*, ad calcem Tolosani, sub N. 42.

[C] Locus erat extra urbis muros. Nunc intra eosdem est, nomenque *de la Ganga* retinet, deditque vico, in quo paroecia S. Antonii abbatis est, inter portam Ravennatem et Imolensem, fere medio.

zur Brunn 12.5.13. J. 8.68 n. 11
844